



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

18. Evsebivs Libro Eodem capite 15. Contra Cointhum quendam, qui procacia potius & temeritate, quàm deuotione, vt ipse aiebat, prosilijsse fertur ad martyrium, seq[ue]; ipse iudicibus ingessisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Effugite hanc tetram, socij, mox linquite pestem,
Quæ sceleris pœnas mox peritura dabit.

Hæc vbi dixisset, thermas mora nulla relinquunt,
Moxq̄₃ habet effectum vox metuenda suum.

Nam cadit & rapido blasphemum contudit ictu,
Collapsa subito facta ruina domus.

Impia, sic pereant omnes, qui dogmata spargunt,

” Extenuant laudem quæ, pie, Christe, tuam.

” Arius vt quondam ventris cum stercore fœdo,
Blasphemus fudit viscera terra cacans.

18. EVSEBIUS LIBRO EODEM
capite 15. Contra Cointhum quendam,
qui procacia potius & temeritate, quàm
deuotione, vt ipse aiebat, profilijisse
fertur ad martyrium, seq; ipse
iudicibus ingessisse.

Non temeritas, sed fides & modestia
coronatur.

Eusebius veterum doctus monumenta reuoluens,
De falsis dixit talia martyribus:

” Martyrio nullum decorat temeraria virtus,

” Sed moderata fides, verus amorq̄₃ Dei.

” Supplicium fertur sic insiluisse Cointhus,
Seuis oblatu iudicibusq̄₃ volens.

” Sæpe fugit Christus mortem, Paulusq̄₃ cruentam,

” Cum ratio officij non vocat ipsa crucem.

Suppli-

Supplicium ad seuum multos perduxit inanis
Aura, & habet Satanas martyras ipse suos. ,,

Ita Cyprianus: Causa facit martyrem, non
martyrium. Et Apollinaris: Vbi non est veritas
Christi, ibi non est veritas martyrij.

19. POLYCARPVS AD HERO-
 dem proconsulem, iubentem vt Chri-
 sto conuicia faceret, eumq; ab-
 negaret, dixit:

O Ctoginta & sex annis ei (Christo) ser-
 uio, & nihil me læsit vnquam, quomo-
 do possum maledicere & blasphemare
 eum Regem, qui salutem mihi dedit?

Cùm iubet Herodes vt Christi dogmata vera
Abneget, hæc sanctus vir Polycarpus ait:
Huic ego sex annis Domino, lustrisq; bis octo
Seruo, non vnquam qui mihi damna dedit.
Quí potero Regem tam blasphemare benignum, ..
Contra illum ingratus, vel maledicta loqui? ..
Nil mihi qui damni fecit, non obfuit vnquam? ..
Sed mihi Rex semper, vita salusq; fuit. ..

20. LVCIVS QVIDAM AD VR-
 bicism, à quo interfici iussus fue-
 rat. Ibidem.

C 3